FRANC. ERN. BRUCKMANNI, MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CUR. ET SOC. REG. PRUSS. SCIENT...

Franz Ernst Bruckmann

22

FRANC. ERNESTI BRVCKMANNI,
MED. DOCT.
EPISTOLA ITINERARIA XXVII.
SISTENS
HISTORIAM NATVRALEM LAPIDIS SERPENTINI MAGNETICI,
AD
VIRVM NOBILISS. EXCELL. CONSVLTISS. ATQVE DOCTISS. DOMINVM
DOMINVM PAVL. GOTTL. WERLHOF,
MED. DOCT. MAGNAE BRITANNIAE REGIS
MEDICVM AVLICVM, ET PRACT.
HANNOVERAN. FELICISS.
AMICVM ET FAVTOREM OMNI HONORIS ET AMORIS GENERE PROSEQVENDVM.

CVM FIG ÆNEIS.

WOLFFENBVTTELAE. MDCCXXXIIII.

VIR NOBILISSIME, EXCELLENTISSIME ATQVE DOCTISSIME, FAVTOR ET AMICE PLVRIMVM COLENDE!

AD lapides animales, i. e. ex regno animali deſumtos, pretioſos refertur etiam optimo jure *Lapis ſerpentis Cobras de Cabelo* dictus, quem Luſitani *Pedro del Cobra*, *Pedra de Cobra*, *Pedra de Cobra de Dia*, *Piedra della Cobra ſ. de Cabelo*, *Pedra della Cobra*, *Pietra del Cobra*, *Pietra di Cobra de Capelos*, *Piedra de Cobras de Cabelo*. Portugallenſis enim natio omnes ſerpentum ſpecies nunquam non & ubique locorum, catholico nomine, Cobra deſignat, etymologia ex Latio, à vocabulo Coluber, eine Schlange, deſumta, vocant. Galli hoc lapidis genus *Pierre de Serpent*, i. e. *lapidem Serpentis*; Germani autem vocitant den Indianiſchen oder *Tſchineſiſchen* Schlangen-Stein, à patria, den Stein *Cobras*, den Stein *di Cobras*. Nominatur quoque *Ophites vel Ophites verus*, ad differentiam Ophitis Encelii, qui Marmoris ſpecies eſt, & quæ ſub nomine lapidis ſerpentini, Serpent n Stein, in Saxonia non ignota eſt; it. *Magnes venenorum*, *lapis ſerpentinus magneticus*, confer Ettmüllerus in notis ad Schroederi Colleg. pharmaceut. p. 679.

p. 679. Giſſe: *Magne*, hanc ob cauſam: vulneri venenato, in ſpecie a ſerpentum dentibus icto (Kampfferus in amoen exotico Perſicis p. 578 non aliud vulnus venenatum, niſi a ſerpentum familia inflictum, hoc lapide ſanari affirmat) ad certa temporis momenta admotus, omne, ex ſauciato corpore, lethale extrahit venenum, quo facto, in vas lacte repletum poſitus, lac iterum omne ex lapide nocivum virus imbibit, lapidemque rurſus bonum, qualis antea fuerat, reddit, & ad ulteriores uſus commodum præſtat, quare & a multis magno honore, ſummisque encomiis, præſertim ab Indis extremis & Gangis accolis, proſequitur. Plurimi proſtant *lapides ſerpentini*, qui tamen omnes & ſinguli a noſtro, quem delineandum ſumſimus, multum diſtant; ſic primo adeſt *Lapis anguium*, Schlangen-Stein, quem ita exhibent autores: quod ſit lapis rotundus, in medio perforatus, craſſitie adæquans digitum minorem auricularem puerili, coloris ex obſcuro-lutei, & in peripheria externa repræſentantis iridis arcum, variis coloribus adſperſum, variisque maculis notatum, quæ maculæ oculorum imagines & facies monſtrant, & plerumque ad lividulum & cæſium vergunt colorem. Hoc concretum pro patria agnoſcit Bohemiam, in qua ſuum habere dicitur locum natalem. Incolæ hujus Regni ſunt in ea obſona opinione, ac ſi hic lapis ex integro ſerpentum acervo formatus eſſet, quorum quilibet oculum quendam in iſto reliquiſſet. Quod ad uſum ejus attinet, amuleti loco ſecum geſtatus, venenis reſiſtere putatur, curare peſtem, tollere ſagarum incantamenta. Eſt lapis nobis plane incognitus, & forte fictitius? confer. Valent Krautermanni Lexicon compendioſ. exoticorum & materialium p. 248.

Secundo loco proſtat *Echites*. Eſt maſſa alba dura,

Lapis anguium.

Echites, Natern-Stein.

ra. ex lamellis quaſi compoſita, magnitudine accedens ad nummum Brunſuicenſium, quem tres Mariæ groſſos vocitant. Videtur luſus naturæ ex marga cruſtacea glutinoſa compactus & formatus. Non eſt lapis animalis, ſed pertinet ad Regnum naturæ minerale, obſervatur hæc maſſa in quibusdam lapidum rariorum collectionibus, additâ ſchedulâ, de uſu legitimo hujus lapidis non animalis, ſed rectius mineralis: ſemper ponatur & maceretur per III vel IV. horas cereviſiâ vel vino, poſtea infuſum ebibatur, quo facto tunc iſto die nullum venenum corpori noxam ullam afferre poterit. Sed credat Judæus Appella! *Lapis è capite ſerpentis de Pate*, quem vulgo vocant *de Mombaca*, *Pedra de Gobra de Mombaza* & *Lapidem ſerpentis in Mombaza*. Famoſus hic lapis rarus eſt, & in India magni pretii, figuræ ſphæricæ, ponderis 5. Unc. nodoſus, & ex infinitis foliis compoſitus, quorum unum alteri ſuperinductum eſt, perinde ut in calculo veſicæ hominum; generatur in capite vel ventre ſerpentum Africanorum inſulæ de Pate, in Mombaza, Zanguebaris regione; multis præditus virtutibus, in facilitando partu ſine dolore, etiamſi fœtus mortuus ſit, quando alligatur coxæ et femori ſiniſtro, dum mulier in partu difficili laborat, quo caſu certe parturiens in momento partum edet, hâc tamen cautione ſervatâ: quam primum placenta & ſecundinæ extra uterum excluſæ, ſtatim removeatur lapis, alias uterum ipſum e loco ſuo naturali extrahit, imo inteſtina & omnia viſcera. Præterea mitigare dicitur dolores calculi, calculumque expellere, uſum quoque habere in ſuppreſſionibus urinæ pertinaciſſimis, in doloribus colicis ac febribus quibusque, paſſione hyſterica, mor-

Lapis ſerpentis de Pate, Pedra de Cobra de Mombaza.

ſu animalium venenatorum, in- & externe vulneri applicatus; pellere animo omnem melancholiam, quamvis graviſſimam & hypochondriacam. Doſ. Scr j. in forma pulveris; vehiculum eſt aqua Baſilici & vinum album. Sed inutilem plane hunc invenit Franciſ Redi in Experimentis natural. p. 102. qui ſimul elegantem lapidis figuram addidit. vid. plura in Semmedi Hiſt. varior. ſimplicium exoticorum p. 22.

Calculi ſerpentum & viperarum. Sunt & alii parvuli *ſerpentum calculi*, quos Fran. Redi, Nobilis Aretinus, in ſerpentibus & viperis quandoque inter canales & ductus urinarios, nec non in renum parenchymate, offendit; de quibus, cum non ſint hujus loci, confer. ejusdem obſervationes de viperis. p. 66.

Gloſſopetra. Nullum quoque habet commercium noſter lapis ſerpentinus exoticus cum *Gloſſopetris*, vulgo Schlangen-Steine, Schlangen-Zungen vocatis, cum originaliter non ex ſerpentum, ſed piſcium, inprimus Canis Carchariæ, ore ac maxillis proveniant, quapropter recentiores, vocabulo ad hos lapides aptiori, iſta corpora dentiformia denominant *Ichtyodontes*, *Odontopetras*, Fiſch- oder Stein-Zähne. Non repræſentant ſerpentum linguas, cum linguæ horum animalculorum non triquetræ, ſed teretes & bifidæ ſint, male hinc Stein- und Schlangen-Zungen appellantur, ſed potius dentes animalium marinorum, Canis Carchariæ S. Lamiæ aut lupi aquatici, aut aliorum piſcium majorum marinorum, utpote cum quibus ſtructura, ſignatura nec non figura exacte conveniunt, & eapropter potius *Odontopetras*, ut mox innuimus, efferendas eſſe cenſemus. Male quoque *Ornithogloſſum*, quaſi avis lingua, nuncupatur. Hi dentes foſſiles & petrifacti laudantur, in pulverem contriti.

contra

contra ſerpentum & viperarum morſum, omne vene-
num & febres malignas, abſorbent acidum in primis viis hærens, ſiſtuntque vomitum cum inteſtinorum catarrhis. Magnus horum lapidum numerus in Pruſſiæ Regno, teſte Helwingio in Lithographia Angerburg. p. 59 cum fig. ex terræ ſuperficie effoditur.

Cornua Ammonis, die Ammons-Hörner, quibusdam quoque Schlangen- und Drachen-Steine audiunt, ſed male, nam originem nec ſerpentibus nec draconibus debent, ſed ſunt lapides figurati ſui generis, ex cochlearum certarum marinarum & Nautiorum, hinc neotericis *Nautilitæ* vocantur, petrifactione in terræ viſceribus orti; in cornu figuram contorti; nomen adeptæ exinde, quoniam olim, multis retro ſeculis, ad ſacrificia Jovis Ammonis, tempore ethniciſmi, uſurpati fuerint; lapides autem ſerpentini vocati ſunt, quoniam gyris ſuis colubrum in ſe contortum & convolutum repræſentant. *Cornua Ammonis.*

Ophites Encelii ſ. Lapis ſerpentinus, Gall. *Pierre ſerpentine*, non eſt lapis in ſerpentibus natus, nec ex his protractus, ſed mineralis, marmoris nempe variegati durique ſpecies. Audit *lapis ſerpentis*, quia prodeſſe putatur in ſerpentum ictu, quem, calidus vulneri venenato impoſitus, curat; ad eundem uſum bibitur quoque ex vaſe ex eô lapide tornatô. Sunt &, qui nominis etymologiam ex eo derivant, quod hocce marmor, ſerpentum cutis ad inſtar, variis maculis punctisque verſicoloribus pictum; hæque maculæ anſam dederunt ei tribuere inſignem contra ſerpentum morſus virtutem, quæ tamen admodum fallax & incerta eſt, experimentis enim inſtitutis, nullum admorſis attulit ſolamen. Plura legenda de hoc in Lehmanni Theatro *Ophites.* Serpentin-Stein.

tro hiſtorico Territorii montani Miſniæ ſuperioris p. 449 usque 457.

Lapis ſerpentinus fabuloſus. Sequitur alius *lapis ſerpentinus*, quem fabuloſum vocamus, de quo ſchediasma quoddam ſub Rubrica: 138 ganß neu entdeckte Geheimnüſſe oder ſonderbahre bißher unbekandte und noch nie an das Tages-Licht gegebene Secrete von allerhand magiſchen / ſpagyriſchen und ſympathetiſchen ꝛc. Kunſt-Stücken p. 78 videndum, ſub titulo: Wie man magiſcher Weiſe den unſchätzbahren Schlangen-Stein bekommen kan: Von den Schlangen-Stein haben wenige Menſchen einige Kundſchaft; es iſt ein Wunderwerck der Natur, wie derſelbe gemacht wird, ja, eine rechte Furbildigkeit der Schöpfung der Welt. Die Schlangen aber formiren ihn folgendermaſſen: Zu einer gewiſſen, und unter einer gewiſſen Conſtellation ſammlen ſie ſich an einen dazu bequemen und erwählten Ort, um den ſie ſich in einen Crays legen, und die Anſehnlichſte unter ihnen in die Mitte ſtoſſen, hernach blaſen ſie vom gantzen Crays auf dieſe zu, ſo zeigt ſich erſtlich mit ihrem Haupt eine viſcoſe Subſtanz, welche ſich bald darauf coaguliret, und zu einem Stein wird. Derjenige, den ich geſehen habe, und auch in meinen Handen wohl betrachtet, war in der Gröſſe und Form einer Aichel, unten flach, wo er auf dem Haupt geweſen, mit 3. Löchlein, durch welche er an dem Kopf feſt angewachſen geweſen, und wo der Grund einen fleiſchfarbigen Carniol gleich ſahe, der übrige gantze Stein aber wie ein dunckler Smaragd, gegen dem Licht durchſichtig. Ein ſolcher Stein, wie die Naturaliſten ſchreiben, ſoll unbeſchreibliche Tugenden haben wieder die Geſpenſter, die Zauberey, die Schätze zu entdecken, und wo ſehr reiche Bergwercker ſeynd, anzudeuten. Dienet auch wieder alles Gift, welches alles ich an ſeinen Ort geſtellet ſeyn laſſe. Die Schlange, ſo mit ſolchen Stein pranget, iſt niemahl allein, ſondern wird, wie die Königin der Schlangen jederzeit von andern Schlangen bewachet und begleitet, alſo daß ihr nicht beyzukommen iſt, jedoch könte man ihn folgender Weiſe erlangen: Man müſte ein Geſchirr haben von Erden, überall durchlöchert; in dieſes ſolle man eine leben-

lebendige Schlange thun, und auf einen ſtarcken Omeiß-Hauffen legen, da unweit davon ein Eſch-Baum ſtehet, auf welchem ein guter Schütz ſeyn muß mit ſeinem Geſchoß. Wann nun die Schlange in dem durchlöcherten Geſchirre durch die häufig darin lauffende Omeiſen gebiſſen wird, ſo pfeiffet ſie denen anderen Schlangen zu Hülffe, die denn von allen Orten häufig herzukommen, auch die Königin mit dem Stein und andere gekrönte Schlangen, da denn der Schütz auf dem Baum nicht ſaumſelig ſeyn muß, die Königin zu treffen. So bald die todt iſt, machen ſich die andern Schlangen davon. Omnia & ſingula, quæ hujus libri autor anonymus de hoc lapide tradidit, fabuloſam ſapiunt narrationem, cui autem parva, vel plane nulla, fides tribuenda.

Nec hujus loci ſunt lapides iſti, quorum Encelius ſequentem reliquit narrationem. in Hydris & Chelydris ſ. ſerpent. aquaticis, Waſſer-Schlangen oder Nattern/ quod ad colorem exuviarum gryſeis, interdum gemmæ reperiuntur, a ſimilitudine *Dracontitas, Dracontias, Drachates* nominatæ. Verba ipſius ita ſonant: forſitam hæ ex illorum cerebris naſcuntur? vel, ut volunt alii, ex ſpuma, quam verno tempore excitant attritione mutua vel ore ſibilanti, indurata ſole, wenn ſie den Schlangen-Stein blaſen; ejusdem generis vidit calculos, nigros & cœruleos, pyramidem exhibentes. Albertus M. ſe quoque vidiſſe teſtatur talem Chelydri Dracontem, quem nigrum depingit, circa limbum pallidioris coloris, non pellucidum, in ſuperiori ſuperficie pulchra formoſi ſerpentis imagine ornatum, Venenis reſiſtere & ictus animalium noxiorum venenatos ſanare perhibetur. Hunc lapidem vel ad fictitios referimus, vel Cornu Ammonis nigrum, optime in gyros ſerpentinos contortum fuiſſe, reputamus. Recenſitis ſic omnibus, nobis notis, *lapidibus ſerpentinis*,

Gemmæ ex Chelydris & Hydris.

Dracontites, Dracontias, Drachates

 ad

ad noſtrum exoticum regredimur. Hic *Pedra de Cobra*, ut fama fert, in certis quibusdam ſerpentibus Indicis Regni Quamſy reperitur. Eſt niger, vel ex nigro ſplendicans, vel cinereus, admodum a natura lævis, non aliter ac ſi manu artificis politus, variæ magnitudinis, quæ autem raro Saxonicum nummum, bonum groſſum dictum ſuperat. Pondus iſtius quoque non ſemper idem, ſed diverſimode variat; rariſſime ſuperat pondere drachmam unam. Stephanus Blankart in Collectaneis medico phyſicis, Cent. I. p. 43. Cent III. p. 369. 479 refert, ſe a Dom. Kampher, feliciſſimo Amſtelodamenſium practico, binos tales accepiſſe lapillulos rotundos, inſtar nummi Batavi, quem beppeſten Stüber vulgus vocitat, læves, ex uno latere atropiceos, ex altero ex viridi candidos; unus pendebat ſedecim grana, alter vero viginti & unum; mani detenti admodum leves ipſi ſunt viſi; ori admoti, labiis, inſtar terræ ſiccæ, tenaciter adhæſerunt. "Sive magni, ſive parvi ſint, inquit *Redi*, in Experimentis "circa res diverſas naturales, ſpeciatim illas, quæ ex "Indiis adferuntur. p. 8. pondere parum inter ſe diſ"ferunt. Etenim majores utplurimum denarium & "grana octodecim non ſuperant, minores denarium & "ſex grana pendent. Attamen per hos dies vidi & exa"minavi unum, qui grana ſex ſuper quartam partem "unciæ pendebat." Vix credibile, magnos pondere parvos non ſuperare? magnus, neceſſe ſit, pendeat plus, quam minor? Iſte, quem in noſtro muſeo aſſervamus, pendet drachmas duas cum tribus granis. Modo dictus Redianus grana ſex ſuper quartam partem unciæ. Domini Blankardi unus ſedecim grana, & alter granum unum ſuper ſcrupulum. Et ſic patet,

quod

quod pondus non ſemper ſit unum idemque, & quod majores minoribus ſint pondere graviores. Formam hi *lapides ſerpentum* ſæpe, & utplurimum, lenticularem habent modo rotundam, modo ovalem, modo angulosam, in medio elevatiorem & craſſiorem, ad limbum vero tenuiorem & graciliorem. Color in medio albus, ad extremitates vero lividulus vel pallide-viridis, vide *Paullini* Zeit-kürtzende erbauliche Luſt. Tom. III p. 678. interdum in uno latere, interdum quoque in utraque parte macula cinerea vel ſordidula alba virat. Horum lapidum, cum & ſine maculis, variæ magnitudinis & figuræ, aliquot ſpecimina in adjecta tabula, ex Franciſci Redi experimentis &c. p. 2. deſumta, oculis exhibentur. Sunt & inter iſtos lapides, quorum macula alba limbo cyaneo vel cæſio, Himmel oder Meer Blau / cincta. Iſtius, quem Muſeum noſtrum recondit & aſſervat, hanc dabimus delineationem. Externe, quod ad colorem, non abſimilis eſt nigro, ſplendenti, lævi, polito & ſolido lapidi Lydio; magnitudine accedit proxime ad groſſum dictum bonum Brunſvicenſem; pondere pendet duas drachmas & grana tria libræ medicæ; levis in manu detentus; magis oblongus, quam rotundus; in ſuperiori parte convexus & extumidus, in inferiori latere planus; ad marginem undique tenuior, nec tam craſſus & editus, quam in medio ſui corporis. In uno angulo bina parva viſuntur foramiuula, intus alba, circa quæ in rugas & plicas, ut ſexus ſequioris perizomata feminalia eſſe ſolent, lapis hic quaſi complicatus exiſtit; parum labiis & ori, nec tam tenaciter, ac terra ſiccata vel unicornu foſſile, adhæret, nec diu ſed, vix momento interjecto, rurſus recedit & prolabitur. Addita

TAB. I. Fig. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

ta

TAB. I. Fig. I. II. ta Tabula I. ſub fig. I. II. ex utraque parte, inferiori & ſuperiori, in magnitudine naturali & accurata ſignatura iſtum lapidem præſentat.

Joh. Bapt. *Taverner* in Itinerario Regionum Orientalium duplicem hujus lapidis ſpeciem affert: (1) *lapidem ſerpentinum Indiæ Orientalis*, oboli magnitudine. Cum vero oboli, pro locorum & regionum varietate, magnitudine quoque a ſe invicem diſtent, cum partim ex cupro cuſi admodum auguſti ſint, partim & minores & admodum parvi, juſtam lapidis amplitudinem ex ejus deſcriptione conjicere non poſſumus. (2) *Iſtum ſerpentis criſtati ſive pileati*, cujus lapidem ad minimum ovi gallinacei magnitudine deſcribit. Tantam molem facile concedimus. Differunt ſerpentes magnitudine & ætate, & ſic quoque variant lapides magnitudine, pondere, mole. Inveniuntur majores, & minores, qui ad ovi non accedunt magnitudinem, cum & noſter mox delineatus, uti in fig. I. & II. Tab. I. videndum, iſtam quantitatem & amplitudinem ovi gallinacei non habeat, imo nec magnitudinem ovi columbini, quo adhuc inferior eſt. Magnus corpore, non ideo major eſt virtute, quam minor. Forſitan & autor *lapidem ſerpentis de Pate*, qui multo major deſcribitur iſto *lapillo ſerpentis de Cabelo*, cum hoc confudit? præterea referunt itineraria, iſtos lapides tantum in annoſis, & ad minimum duos pedes longis, ſerpentibus inveniri, cum interdum & ad viginti quinque pedum longitudinem accederent. Si veridici ſint horum itinerariorum autores, & facile concedere poſſumus Domino *Tavernier* a ſe dictam ovi gallinacei magnitudinem lapidis. Cur autem ſerpentes duorum pedum tantum lapillos iſtos in capitibus ſuis generent,

nec,

nec, (ut cancri majores & minores, aliaque animalia majora & minora, unius ejusdemque generis, tartarea in ſe producant concreta,) majores viginti quinque pedum tales quoque progignant? comprehendere vix poſſumus; perſuaſi autem firmiter, & in brevioribus & in longioribus calculos ſerpentinos naſci, & quod ſaltim indagatio accuratior deficiat. Errat *Ettmüllerus* l. c. quando hoc concretum ſubſtantiæ oſſeæ eſſe perhibet, cum revera ſit lapis durus.

Putant quidam, hunc lapillum duplicem eſſe: (1) *verum*, *nativum*, *genuinum*, in capite ſerpentis de Cabelo genitum; & (2) *factitium*, qui diſtinguendus a genuino lapide, in ſerpentum Cobras de Cabelo dictorum capitibus, poſt vittas vel pileos retro dependentes, nato. Forſitan Dom. *Tavernier* iſtum artefactum ſub priori deſcripſit numero. *Verus vel factitius*

Serpens, in quo verus & genuinus ſerpentinus lapis, quem ſtatim ab initio hujus epiſtolæ, nomine Luſitanico, *Pedra del Cobras* inſignivimus, naſcitur, apud Indos lingua Telingica, *Nanga-Pammu*; Malabarica, *Nallebambou*, i. e. *ſerpens bonus*, die gute Schlange; vid. Dom. *Dellon*, Med. Doct. neue Reiſe-Beſchreibung nach Oſt-Jud. 12. Dreſd 1700. p. 180. Germanica, Hauben-oder Kappen-Schlange, Schaubeter-Schlange, Brillen-Schlange, quoniam in capite vittam vel pileum, & in hoc retro figuram conſpicillorum habet; Bärtige-Schlange, *Cobrer-capellar*, *Capre-Capelle*, *Capellen*-Schlange; Portugallenſi lingua, *Cobra de Cabelo*, *Copra de Capelor*, *Cobra-Capell*, *Cobras di Capello*, i. e. Haarige-Schlange, Gallica, *Serpent an chaperon*; Latina, *Serpent criſtatus vel pileatus* dicitur. *Happelius* & *Seyfridus* in medulla

B 3 mirabili-

quod ſub Robinſoni Gallici titulo Lipſiæ in 8v. 1723. denuo editum, ſequentia de hoc ſerpente p. 309. annotavit: “ Es giebet auch Schlangen auf der Inſul “Batavia. Einsmahls als la Caſe in einen Buſche/ “nicht weit von Batavia, auf der Jagd war/ ſahe er ei-“ne/ die ziſchende von einem Baum herab kroch. Sie “war ſo dicke/ als ein Arm/ und 7. bis 8. Fuß lang. “Sie eilete auf ihn zu/ und ſtellete ſich grauſam zornig “wieder ihn/ er aber gab ihr einen Schuß mit der Flin-“te/ daß ſie todt blieb. Dieſe hatte etwas/ wie eine “Mütze oder Kappe/ auf dem Kopffe/ faſt ſo/ wie die/ “welche *Tavernier* beſchreibet. La Caſe aber war über “dieſem Ungeheuer ſo ſehr erſchrocken/ furchte ſich auch/ “daß ihm nicht noch eine begegnen möchte/ daß er ſich “nicht Zeit nahm/den Stein/ welchen/ wie man ſaget/ “dieſe Schlangen unter ihrer Mütze haben/ und der ſo “ein unvergleichlich Mittel wieder den Gifft ſeyn ſoll/ zu “ſuchen.“ Iſte autor iconicam iſtius imaginem addidit, quæ autem, ſolis binis dentibus ex ore longe prominentibus, à Domini *Kolbe* figuris diſtat. Icon Dom.
TAB. II. Fig. VII. *Herberti de Jagers* iſtud animalculum, vulgaris ſerpentis inſtar, repræſentat; addit autem, quod tantum iſto tempore, quo ſerpentum captatoribus reſiſtat, caput inflet, tumefaciat & diſtendat. Hæc relatio anſam procul dubio dedit iſti errori, quando putant, hos ſerpentes in capite geſtare integumentum vel cucullum, inſtar pilei plani, hinc inde mobilem, ſub quo dictus lapillus reperiatur. Sed *Tavernier* diſerte exprimit & affirmat, revera in capite habere vittam, cum quo conſentientem offendimus Dom *Dellon* l. c. p. 180. “ Das Haupt der Indianiſchen Schlange *Nal-lebambou* iſt mit einem ſtück Haut/ einer Hand breit/

D. “in

"in Geſtalt einer Kappe umgeben/ und von eben der "Farbe/ als der übrige Leib iſt; welche Farben denn ſehr "lebhafft und angenehm in die Augen fallen. Ob die-"ser Biß gleich tödtlich iſt/ ſo hat man doch Mittel dar-"wieder." Alii adhuc perhibent, ſerpentes tantum irាtos inflare maxillas & caput; alii ex vitta faciunt duas aures, ſic enim narrat Chriſt. *Langhanſſ.* in der neuen Oſt-Jnd. Reiſe p. 355. 560. "Die *Copercapellos* auf "Ceylon ſind 2. Ellen lang/ haben am Kopffe gleich-"ſam 2. Ohren/ die ſie aufblaſen/ die Malabaren kön-"nen ſie beſchwehren/ daß ſie tantzen müſſen.

Patria horum ſerpentum eſt tractus littoralis Regni Melinde, Regnum Moſambicum, vulgo Moſambique, in Africa, teſte *Tavernier*; Mogoliſtam ſeu Imperium Magni Mogolis, litus Malabaricum, Batavia in Inſula Java, China, Indoſtan ſive India Orientalis in magnis iſtis binis in & extra Gangem peninſulis, ſpecialiter Provincia Sinenſis Quangſi, Quamſy, Quamſo in Aſia; Caput bonæ ſpei, teſte Dom *Kolben*, qui vero nunquam in ſerpentibus iſtius Promontorii lapillos offendere potuit. D. *Frid. Hoffmannus* in notis ad *Schræderi* Clav. pharmaceut p. 686. refert: ex *Flora Sinica* p. 204. hos ſerpentes, licet non rari ſint in Territorio Magni Mogolis, lapidibus tamen carere, exceptis iſtis, qui in Dienſi tantum diſtrictu iſtius Imperii offenderentur, utpote in quorum ſolummodo capitibus generentur.

Cum vero hoc ſerpentum genus nocivum, tam venenatum & viroſum, morſusque iſtorum tam lethales, prudens & provida natura egregium efficaxque ſane antidotum pretioſo iſti lapillo tribuit, quo

C miſeri

miſeri homines, a venenoſis his animalculis morſi, quique ſine mora in auxilium adhibent lapidem, & quibus alias, ſpatio viginti quatuor horarum, mors vere præſens foret, priſtinæ ſanitati reſtitui & vivi ſervari poſſint.

Lapidis conſiſtentia dicitur mitis & mollis, quando hic calculus teritur, vel ad alium lapidem affricatur, porrigere perhibetur ſuccum quendam vel humorem lentum & glutinoſum, qui, cum vehiculo aqueo epotus, momento citius omne venenum, tutius quam decantatiſſimum & optimum Bezoar Orientale, ex corpore eliminat & expellit. Quod noſtrum, quem in muſeo ſervamus, lapidem concernit, iſte nec mollis, nec mitis eſt, ſed durus ac ſolidus, inſtar optimi marmoris, nec frictionem facile cum alio lapide in humorem craſſum admittit, ſed certe, ſi pulveriſandus, nec magnum pretium, quo nobis conſtat, attritum inhiberet, bonæ notæ mortarium metallicum, cum duro piſtillo, ad pulveriſationem requireret. Hic lapis contra omne venenorum genus, ut antidorum ſine pari, laudatur. Ex corpore hominum & animalium virus omne nocivum, ſit propinatum, ſit admiſſum per vulnus punctura, morſu viperino, ictu ſerpentum & aliorum venenatorum animalium, haſta & ſagitta aliove inſtrumento veneno imbuto, abſorbet, & magnetica quadam, ut perhibetur, virtute, extrahit, præprimis autem & ſpecifice ſanat mire morſum ſerpentum & viperarum. D. Engelbert. *Kæmpſſerus* in Amœnitat. exot. Perſicis p. 397. hanc ultimam, in extrahendo a viperis & ſerpentibus vulneribus admiſſo veneno, ſolam ei tribuit virtutem.

Ante

Ante dimidium ſeculum, & quod excurrit, hoc concretum ſerpentinum Europæis innotuit, ex quo tempore virtus ſalubris & medicamentoſa huius *lapidis ſerpentini magnetici* non tantum ad extrahendum venenum ex vulneribus, a venenatis variis animalculis factis, ſed etiam ad morſum canis rabidi, ad ipſam peſtis contagionem, celebrata fuit. Ex multis viris eruditis, qui non contemnenda cum eo fecerunt experimenta, anteſignanus ſit P. Athanaſ. *Kircherus*, qui multa laude digna de iſto in regno naturæ magnetico c. 5 p. 58 nec non in China illuſtrata p. 80 prædicavit, ubi meminit, ſe probam felicem cum optimo ſucceſſu in cane, quem a vipera irritata & iracunda ſtudio pungi permiſerat, feciſſe. Celebris olim Phyſicus & Eques Anglus, Rob. *Boyle*, inter primos quoque exſtitit, qui admirandam lapidis virtutem divulgavit, quique ipſe atteſtatur, ſe, cum P. Kirchero, experimenta ſecunda oculis ſuis vidiſſe. In conſenſum trahimus præclarum & inclytum Venetorum olim medicum, Otto. *Takenium* vel. *Tachenium* in literis ad *Joh. Frider. Ducem Brunſv. & Luneb.* quæ experimenta iſta felici hora peracta, comfirmant & roborant. vid *le Journal des Scavans*, & *Tachenii* Hip. chymicum; it Joh. Heinr. *Seyfridi* Medullam mirabilium naturæ p. 645. " Der berühmte Medicus, *Otto* "*Takenius*, ließ durch eine erzürnte Viper Natter einen "Hund beſchädigen, und als nach einer halben Stunde "aus deſſen Winſeln er vermerckte und aus dem gewaſ- "tigen Aufſchwellen ſahe, daß das Gifft bereits in den "Leib des Hundes ſich ausgetheilet: nahm er dieſen "Stein, hielte ihn an die Wunde, der blieb daran feſt

 "behan-

"behangen/ ſo/ daß er nicht wieder abzubringen war/ da "bald darauf der Hund ſtille wurde Nach 2. Stun-"den fiel er von ſelbſt herab/ den ließ er in Milch abwa-"ſchen/ von welcher Milch/ als ein anderer Hund nur "ein wenig geleckt/ die darauf gefolgte Nacht verrecket. "Den alſo abgewaſchenen Stein hielt er dem verletzten "Hund wiederum an die Wunden/ der zwar abermahl "ſich anhenckt/ doch nach einer halben Stunde wieder "herabgefallen/ und dadurch angezeigt/ daß nun alles "Gifft ausgezogen ſey/ geſtalten auch der Hund bereits "aus der Gefahr geweſen. Jam ſupra citatus *Dellon* in der Oſt-Ind. Reiſe-Beſchreibung p 475 atteſtatur: ſe plus vice ſimplici effectum iſtorum lapidum vidiſſe, addit vero. quod rariſſime veri, neplurimum adulterini, factitii conſpicarentur, quibus iſta magnetica, venenum abſorbendi virtus, non ineſſet, qui veri, genuini & nativi perhiberentur & pro illis venderentur, verba ejus ita ſonant: "Der Gifft der *Copra de Capel* iſt "etwas langſamer/ als das Gifft der grünen Schlan-"gen auf Malabar, es läſſet daher doch Zeit zu/ darwie-"der etwas zu gebrauchen. In Jndien brauchet man "einen Stein/ ſo in dem Kopffe einer gewiſſen Schlan-"gen ſoll gefunden werden/ und daher von denen Por-"tugieſen *Pedra de Cobra* genennet wird. Man leget "ſolchen auf den Biß/ da er anklebet/ ohne daß man "ihn darauf halten darff; und wenn ſolcher ſo viel Gifft "in ſich geſogen/ als er faſſen kan/ fället er von ſich ſelbſt "ab. Alsdenn leget man ihn in Milch/ da er denn den "Gifft/ ſo er in ſich geſogen/ wieder von ſich läſſet/ und "leget ihn ſo lange wieder auf/ biß er von ſich ſelbſt nicht "mehr hafften will/ welches denn eine Anzeigung/ daß

"keine

"keine Gefahr mehr zu beſorgen. So man dieſen Stein
"in Milch legt/ läſſet er den Gifft von ſich / und ſie ſie-
"het alsdenn voller Unflath und vielfärbig aus. Dieſe
"Würckung des Steines habe ich offt ſelbſt geſehen/ und
"findet man ſelten gute/ aber viel nachgemachte/ welche
"dergleichen Krafft nicht haben; Dahero wenn man kei-
"nen guten Stein hat/ und von einer Schlangen gebiſ-
"ſen worden/ darf man nur das angebiſſene Glied ha-
"cken/ und mit einem Schrepff-Kopf ausziehen und dar-
"nach ſolche Sachen auflegen/ welche den Gifft ſtets an
"ſich ziehen/ ſolche Wunde auch offen halten/ und in al-
"les/ was man iſſet/ Citronen-Safft miſchen/ einen
"guten Wein trincken/ und wenn man es haben kan/
"von dem pulvere Viperarum offt einnehmen/ dieſes hal-
"te ich vor die beſten Hertz-Stärckungen/ ſo man bey
"dergleichen Gelegenheit brauchen kan; weil das Gifft
"von dieſem Thiere überaus ſubtil iſt/ dringet es öffters
"zum Hertzen/ ehe man etwas davor brauchen kan/ und
"daher ſterben viele Leute elendiglich dahin. Es ſind
"Leute/ die wohl wiſſen/ was vor Gefahr dabey ſey/
"daher ſie denn das angebiſſene Glied/ wie ein Gewiſ-
"ſer bey meinem Auffenthalt in Tilcery that/ abſchnei-
"den. Dieſer hatte ein wenig zu viel Tary getruncken/
"und fande eine kleine Schlange/ *Cobra de Capel* ge-
"nandt/ nahm ſie bey dem Schwantz/ und ſpielte lan-
"ge damit/ endlich biß ſie ihn in Zeiger-Finger. Der
"Naher, ohngeachtet daß er voll war/ nahm die Le-
"bens-Gefahr zu Hertzen/ machte die Schlange todt/
"und ſchnitte ſich den Finger auf der Stelle ab. Caro-
lus *Magnusus* experimentum cum iſto lapide in homi-
ne, a ſerpente morſo, inſtituit. P. Henricus *Rothius*

 virtu-

virtutem hujus lapilli haud raro præſentaneam probatamque invenit: & primo quidem in ſuo ſpiriti famulari, cujus manus ſcorpionis ictu tacta & vulnerata, cum lapis, vulneri applicatus, venenum, per totum jam bracchium diſtributum, ita, ſenſibili modo, retraxerit, ut ſervus digitis monſtrare potuerit, quomodo virus, de loco in locum, de parte in partem, quo longius, eo propius, ad vulneris aperturam receſſerit. Porro experimentum cum iſto in homine, bubone peſtilenti in collo decumbente, qui ſanitati reſtitutus, & in multis aliis, ſalubriter factum vidit. Modo dictus Dom. *Kolbe* l. c. ſimiliter cum lapide ſerpentino probam feliciter peractam, & a nobis ſupra jam allegatam, laudavit. Et D. *Sylv. Boccone* in den curiöſen Anmerckungen über ein und ander natürliche Dinge. XVI. Anmerckung. p. 357. ita inquit: "In dem "Hofe ſeiner Eminentz des Herrn Cardinals Chigi, iſt "die berufſene Krafft des Steins *di Cobra* wahr befunden "worden an unterſchiedlichen Jagd-Hunden, ſo von den "Nattern auf der Jagd gebiſſen worden, welche dieſer "Stein glücklich geheilet. auch hat ſich begeben, daß eine Spinne auf die Naſe eines gewiſſen Freundes gefal"len, woraus Geſchwulſt und Krampff der Naſen ent"ſtanden, welchis alles durch Aufligung des Steines "*di Cobras* innerhalb wenig Stunden curiret worden. "In febribus malignis hat dieſer Stein auf den Pulß ge"legt, auch guten Effect gethan. Der P. *Maſſejus* der "Geſellſchafft JEſu zu Rom ſagte mir, daß er ſelbſten "auch auf die Spinam venenoſam mit glücklichen Succeß "geleat, und beſonders in zweyen Perſonen unterſchiedl. "Altere. In Teutſchland hat man erfahren, daß die-
"ſer

"ſer Stein auf toller Hunde Biß geleget/geholffen/ und "hat man das Gifft in der Milch/ worin der Stein/ wenn "er abgefallen/ geworffen worden/ ſich davon abſondern "ſehen. *Tavernier* l. c. iſtius quoque mentionem fecit, & exemplum protulit cujusdam officialis Archiepiſcopi in Goa, abſectu venenoſo, adjuvante hoc lapide, ſanati. Anno præterpropter 1670. (ſit venia errori calculi annui) Imperatori Leopoldo par iſtorum lapidum, muneris loco, Viennam Auſtriæ transmiſſum fuit, qui ſe domitores inſignes venenorum auſterorum & fervidiſſimorum exhibuerunt. Superfluum foret, plura in ulteriorem probationem adducere teſtimonia, jam adducta pro nunc ſufficiant.

Nulla tamen habita ratione plurimum addoctorum experimentorum, ſunt, qui plane virtutibus hujus lapidis contradicunt. in his Franc. Redi, Nobilis Aretinus, in Experimentis circa res diverſas naturales, ſpeciatim illas, quæ ex India adferuntur p. 2. usque 16 it. 79. usque 86 omnium coryphæus eſt, qui potenter repugnat, vires que haud ſatis laudatas pretioſi hujus lapidibus ſerpentum plane & in totum rejicit, inque contrarium, contra P. Athanaſ. Kircherum, varia experimenta & obſervationes, cum omnia animalia, in quibus experimenta ab eo inſtituta, mortua ſint, ſat prolixe adducit. Inter alia refert, tres monachos, Ordinis S. Franciſci, tales lapillos ſecum ex India in Italiam apportaſſe, horumque virtutes ſummis ad aſtra encomiis tuliſſe, factus plus vice ſimplici autem cum iſtis a dicto Redi experimentis, haud multum honoris reportaſſe, dum major animalium pars, cui lapides applicati fuerant, nihiloſecius ex venenatis vulneribus mortem ſibi acceleraverit, minor autem, plus autocratia naturæ, quam lapis virtute, vitam ſibi ſervaverit. Ad

Redi

Redi verba in experimentis ſequentia notatu digna ſunt: p. 7. *ac ſi ſandaracha infecti eſſent*: non intelligit autor Sandaracham Græcorum, quæ Realgal ſive Riſalgalum eſt, ſed Sandaracham Arabum, quæ Vernix ſive Gummi Juniperi eſt, quo lapis infectus quaſi ſplendens redditus fuit. p. 8 *at vero, ſive magni ſint, ſive parvi, pondere parum inter ſe differunt.* Impoſſibile eſt, majores minoribus non eſſe ponderoſiores, imo & autor in mox ſequentibus ſibi ipſi ſtatim contradixit. p. 9. *qui rem incredibilem viderunt*: forſitan lapis plus præſtat in venenis animalibus, quam vegetabilibus? Addimus tantum hoc, ſæpiſſime fieri, experimenta ſumma & accuratiſſima diligentia attentioneque animi facta minus proſpere procedere, quam quæ interdum, nulla adhibita cura, inſtituantur. Celebris quondam Jenenſium Medicus, Georg. Wolffg. *Wedelius*, beatæ memoriæ, plane aſſentit Domino Redi, quando in ſuis materiæ medicæ amœnitatibus Cap. V. de antidotis ſpecialibus p. 342. ita ſcribit: "Neque etiam magneticis venenorum tuto fidendum "eſſe. Nonſolum Galenus dudum lib. I. de facult. na- "tor. c. 14. ſcripſit, dari medicamenta nonnulla, quæ "venenum eadem ratione attrahant, qua magnes fer- "rum; ſed & recentiores non pauca id aſſerunt promte & experimentis id demonſtrare conantur. Inprimis "laudandi ſunt lapides ſerpentum Indiæ Orientalis, quos "*Cobras de Cabelo* dicunt Luſitani. Hos tanquam pro- "batæ fidei experimentum inſervire ſtatuunt, & ſecu- "riſſimi antidoti loco, ſi imponantur morſui vipera- "rum, aſpidum & quorumcunque aliorum animali- "um morſu vel ictu interficientium, & vulneri ſagit- "tarum venenatarum. Adhærere lapides applicatos

"tali

"tali vulneri tenaciſſime, nec prius dimoveri, quam
"omne venenum ſugendo imbiberint, quo facto ſua
"ſponte ſoluti in terram cadant, omni deleto veneni
"charactere. Deſcribit hos ipſos cum dictis latius &
"depictos exhibet Fr. *Redi*, & contra Kircherum ali-
"osque experimentis certis demonſtrat, tum nullum
"in iſtis lapidibus ſubſidium adverſus venenum vipe-
"rarum & ſcorpionum eſſe, tum eosdem tenaciter
"vulneribus æque venenoſis ac non venenoſis adhæ-
"rere. Hæc ipſa cum ſint veriſſima, & a viro docto &
"peritiſſimo ſcrutatore rerum naturalium profecta, non
"dubitandum de eo amplius eſt, quecquid etiam alii in
"contrarium ſtatuant. Nullibi obſcurior veritas quam
"quæ ex longinquo adfertur."

Modus externe adhibendi, cuius jam hinc inde aliqua facta fuit mentio, utplurimum hic eſt: applicatur nempe vulneri venenato vel ſerpentum ictui, cui ſtatim, remota manu, ſponte adhæret, nec prius decidit, quam uſque tantam veneni copiam imbiberit & ex vulnere abſorpſerit, quam poris ſuis capere potis eſt. Si vulnuſculum arctum, vel ferme plane clauſum & parvi orificii ſit, neceſſe eſt, inciſionem quandam facere, quo ſanguinis aliquot guttulæ effluere & exire poſſint, aliter ſi procedatur, lapis virtutem ſuam juſte exerere non valeret. Poſito nunc, vulnus poſt ictum vel morſum nullum miſiſſe rubicundum venarum lancem, neceſſarium erit, locum admorſum & vulneratum lanceola vel alio inſtrumento apto leviter findere, quo aliquid retenti ſanguinis ex vulnere exitum ſibi parare poſſit, & tunc demum lapis applicatur, qui ſtatim adhæret, dubio procul, ob glutinoſitatem ſanguinis. Dom. Nicol. *Lemery* in vollſtändig. Materialien-Lexico. p. 613.

D addit.

addit: "Weil auch der Stein alcaliſch iſt und abſorbi-
"rend/ ſo muß ihn freylich die ſcharffe Säure des Giffts
"durchgehen und anhengen. Sie ſagen auch/ der über-
"groſſe Schmertzen/ den der Patient in der Wunde em-
"pfindet/ der werde nach und nach gemindert/ und höre
"endlich gänzlich auf. Auf der Wunde wird er ſo lange
"gelaſſen/ bis daß er von ſich ſelbſt abfällt. Dieſes muß
"nun wohl geſchehen/ wenn das Geblüthe trocken wor-
"den iſt/ und ferner keinen Leim mehr giebet/ ingleichen
"wann der Stein ſich hat voll Säure in der Wunde
"gezogen/ und iſt ſchwer geworden. Sodann wird er mit
"Milch gewaſchen/ in die er/ der Sage nach/ den Gifft
"ablegen ſoll/ darauff rein abgetrocknet/ und wieder auf
"die Wunde aufgelegt/ da hängt er ſich nicht mehr ſo
"leichtlich/ als wie zuvorhero/ an/ vermuthlich/ weil er
"nicht mehr ſo viel Leim gefunden/ weil er nicht mehr ſo
"alcaliſch iſt/ und auch nicht mehr ſo viel von ſauren findet/
"das ihn anhengen kan.

Lapis veneno ex vulnere imbutus, in lac muliebre, quo vero abſente, in lac vaccinum, vel aliorum quadrupedum, ponitur, in quod lapis, decem vel XII. horarum ſpatio, omne imbibitum venenum rurſus ex poris ſuis reſpuit, & hoc modo priſtinas ſuas vires, ad nova experimenta cum eo inſtituenda, recuperat. Quoties uſus & applicatus fuit, ſit ſimplici vice ſaltim, ſit binis vel ternis vicibus factum, toties, quando de vulnere delapſus, nunquam non lacte abluı & linteis ſiccari debet. Lac ex veneno, quod ex lapide abſorbuit, induit colorem vel citreum vel variegatum, ſitque inſtar puris vel materia ex apoſtemate effluæ. Bis & ter repeti poteſt lapidis ad vulnus appoſitio, quando adhuc adhæret, ſignum dat certum, vulnus nondum ab omni

veneno

veneno eſſe liberum. Quando vero calculus ſecunda & tertia vice vulneri non amplius vult adhærere, denotat, vulnus ab omni veneno vacuum eſſe, ægrumque admorſum ſanum redditum. Si inſtrumentum acuminatum, ſubtile & mucronatum per quandam corporis partem penetraverit, & vulnus duplex dederit, lapides bini ad manus ſunto, ad quodlibet ſingulorum vulnerum orificium unus applicandus, & ſic venenum ex utroque latere extrahendum. Et licet ſit vulnus ſimplex, Kämpferus tamen l. c. ſemper binos requirit lapides, unum poſt alterum ſtatim adhibendum & vulneri apponendum.

Internus uſus à multis quoque laudatur, lapis tritus laticem exhibet lentum viſcoſum, qui aqua mixtus & potus, omne ex corpore expellit venenum, & derepente homines priſtinæ reſtituit ſanitati. Jam ſupra citatus *Lemery* l. c. p. 614 "Es wird auch dieſer Stein "innerlich gebraucht; ſie nehmen einen der zerbröckelt iſt/ "oder der noch nie zu ſolcher Arbeit gedienet (i. e. qui nunquam venenum externe ex vulnere quodam extraxit) "gieſſen Waſſer darauf/ laſſens eine Weile ſtehen/ "hernach nehmen ſie daſſelbige ein / das ſoll dem Giffte "gleichfals widerſtehen. *Valentini* in Muſ. Muſeor. it. in Hiſt. ſimplicium reformata, majorem lapidi tribuit virtutem & efficaciam, quando interne, ut Globuli de Kent, die Engliſche Gifft Kugeln/ adhiberetur; quem uſum & Pierre *Pomet* dans l' Hiſtoire des Drogues ex *Tavernieri* Itinerario, & alii plures in peſte, febribus malignis, capitis & artuum cruciatibus commendant. Sed voro non ſemper reſpondet virtus extinguendi calorem p. n. in febribus malignis, mitigandi cephalalgiam, levandi exquiſitum in internodus articulorum cum

D 2

tumore.

tumore, rubore & inflammatione dolorem. Forſitan hicce lapillus, in variis morborum ſpeciebus, in ictu & morſu viperarum, ſerpentum & animalium venenatorum Indiæ Indigenorum in patria ſua plus auxilii affert Indis, quam Europæis, quibus opellam interdum recuſit; differunt quoque Europæorum venena ab iſtis Indorum, diſtant quoque ſcorpiones, aſpides, viperæ & ſerpentes exotici Sinenſium & Indorum, ab iſtis, in terris noſtris Europæis obviis. Res tota tamen eo redit, lapidis virtus & efficacia pluribus vel corroboranda experimentis, vel, his nunquam feliciter & ex voto ſuccedentibus, plane Indis, ut lapis ſumme neceſſarius ob venenoſorum ſerpentum numerum, horumque morſum, abſque lapidis hujus auxilio lethalem, relinquendus, ut ſubſidio iſtis veniret, nec regna iſtorum cimelio hoc pretioſo & gemma animali, venenorum magnete incomparabili, defraudanda.

Interea certum eſt, affirmant hoc quoque aliquot autores, non omnes lapides ſerpentinos eſſe animalis originis, ſed plures à Brachmanis artefactos, nam Indorum ſacerdotes artem exprimendi hos lapides doloſa imitatione callerent, qui tamen non minus, quam genuini, nativi, ex ſerpentum de Capelo capitibus deſumti, ſalubres forent & venenis reſiſterent, quamtumvis plures negativam arripiant ſententiam.

Modum confectionis, nec non ingredientia & ſpecies, docti Indorum & Bramines, ut arcanum arcanorum & medicamentum ſumme ſecretum in animo fixum retinent & Europæis penitiſſime celant, nec artem conficiendi hunc lapidem cum aliis peregrinis, nec prece, nec pretio, communicare nec pecunia iſtis vendere volunt. *Tavernierus* lap. ſerpentinum Indiæ Orientalis,

entalis, cui, ut ab *initio* hujus epiſtolæ monuimus, obuli quantitatem tribuit, ſummatim factitum & ex quibusdam ſpeciebus compoſitum eſſe putat, credit quoque, licet Indi ſancte teſtarentur, eum in capite ſerpentum naſci, vaniloquium tantum eſſe idololatrarum, Jogui dictorum & Braminum, qui unice hoc lapidum genus in Regno Quamſy componerent, venderent & monopolium cum iſto exercerent. Interim virtutem venenum ex vulneribus abſorbendi, præprimis ex iſtis, quæ a ſerpentum familia icta, non negat, ſed plane ſingularem eſſe deprædicat. Ex Societate Jeſu dicti monachi artificioſe conficere perhibentur iſtos lapides ex terra quadam ſubtili adſtringente, nec non ſpeciebus certis aromaticis & alcalicis Virtutes laudatæ, efficaciaque venenum abſumendi deprædicata, ſi revera his lapidibus inſunt, parum vel nihil refert, ſint nativi, ſint artefacti & compoſiti, ſint fraudulenta imitatione ad normam verorum expreſſi, ſint foſſiles, quos exiſtimat eſſe Kämpfferus, cum aliis lapidibus figuratis ex terræ viſceribus erutos, verba ejus de hoc concreto lapideo l. c. pag. 579. ita ſe habent: "*Pedra de Cobra* "in ſerpente, quod vulgo credunt, non invenitur, ſed "arte ſecreta fabricatur a Brahmenis. Pro dextro & "felici uſu, oportet adeſſe geminos, ut cum primus ve"neno ſaturatus vulnuſculo decidit, alter ſurrogari il"lico in locum poſſit; proinde poſſidere indigenæ niſi "geminos cupiunt; quos cum goſſypio capſulæ inclu"ſos probe aſſervant. Aliam obtineo ophitidem, inſtar *TAB. II. Fig. I. II. III.*
"ſilicis duriſſimam ponderoſamque, uncialis longitu"dinis, figuræ quodammodo tornatilis, & quaſi ex an"nulis compactæ; qualesinveniri in capitibus maximo"rum ſerpentum credulus perſuadetur vulgus: ego apo-

phy ſin alius petræ, vel in ipſa petra molliori genitam judico, velut lapides bufonius, ætites, lyncius, oculus cati, gloſſo-petra, & ſi quos alios vulgi error transſcribit ex animalibus. Fidem mihi fecit collis petroſus, quem bidui itinere ab Iſphahano urbe offendimus, cujus ſabulum ex petra diſſolutum, innumeros exhibebat variæ figuræ bufonios & Judaicos, quibus vel plauſtrum implevisſem. Quo ipſo feror, ut iſtis lapidibus nihil efficaciæ ineſſe credam, niſi quam actuali frigiditate ſua, vel abſorbendo præſtant. *Seyfridus* l. c. p. 647. ſequentem habet artefacti lapidis compoſitionem: "Obwohl die præparation dieſes Steines, *Piedra del Cobra*, von vielen fur ein beſonder groſſes Secret gehalten wird; ſo wird jedoch aller dergleichen Phantaſien ungeacht, deſſen præparation communiciret, damit verhalt es ſich, wie folget: Rec. 2. Loth Pulver von dem Hertz und Leber derer Viper-Nattern, im Junio bereitet, 1. Loth Pulver von Kröten, und 1 Loth pulveriſirter Krebſe, eben zu ſolcher Zeit præpariret, 2. Loth terræ ſigillatæ, in einem Decocto von denen Wurtzeln Scorzoneræ und Contrayervæ angefeuchtet; zuſamt 2 Loth Unicornu minerale, alles in einem ſteinern oder gläſern Mörſel wohl vermiſcht, und etwas von der gelatina viperarum hinzugethan, die eben auch mit dem Decocto Contrayervæ gemacht iſt. Alles zuſammen in trochiſcos formirt, in Groſſe und Dicke eines Duplonen, folgends in Schatten getrucknet, und derer ſich gebraucht, wie gut man weiß oder Erfahrung hat." Verum verum hunc lapidis ſerpentini Indici compoſitionem eſſe, vix nobis perſuademus. Et noſter lapis certe ex his ingredientibus, cum ſolidior ſit hac maſſa, non eſt compoſitus. Alia compoſitio legenda apud Dom. *Kolbe* l. c. p. 215: "Es ſind aber dieſe Schlangen-Steine keine natürliche und aus den Schlangen genommene Steine, ſondern die Indianiſchen Braminen oder Brachmanni, verfertigen ſie durch Kunſt. Sie ſind von Farbe in der Mitten weiſslicht, auswendig umher Himmelblau oder Meerblau, und haben die Geſtalt einer Linſen, oder beſ-

ſer

"ſer zu ſagen, einer See-Bohne. Man ſagt, daß ſie den rechten "Schlangen-Stein zerſtoſſen, etliche Stücke von derſelbigen "Schlangen Kopff, ein wenig von dem Hertzen, der Leber und "den Zähnen, darunter thun, und mit einer gewiſſen Medicinal-"Erde, oder aber mit den bekandten und berühmten Schlangen-"Holtz vermengen: wovon weitläufftiger *Francisci* in ſeinem Oſt-"und Weſt-Jnd. Luſt-Garten p. 703 ſeq. kan nachgeleſen wer-"den; aus welcher Mixtur ſie hernach die beſagte Schlangen-"Steine verfertigen. Ob ſolche Meynung gewiß ſey? wird ſo "leicht niemand von ihnen erfahren, wenn er auch noch ſo viel "Geld vor dieſes Geheimniß geben wolte. Unterdeſſen iſt die Krafft "derſelbigen unvergleichlich, und wohl wehrt, daß ihre Zuberei-"tung auch den Chriſten bekandt wäre." Pomerus in Supplemento hiſtoriæ material. & aromatum indicat quoque compoſitionem quandam *lapidis ſerpentini factitii*, talem etiam percelebris medicus Dom. *Knafelius* cum orbe erudito & curioſo communicat in Actis Acad. N. C. Dec. I. An. VI. p. 29. *Boccone* autem l. c. p. 356. amplectitur ſententiam, tanquam probabiliorem, eorum, qui generari negant lapidem in capitibus ſerpentum, ſed ſtatuunt eſſe compoſitum quid ex variorum ingredientium & ſpecierum ſimplicium mixtura. D. Joh. Sebaſt. *Albrecht* ex relatione iſtius amici, a quo quendam accepit, dividit in *artefactum* & *naturalem*, confer. Acta N. C. Vol. III. Obſ. LXXXVII. p. 289. nec non exactam lapidis dat deſcriptionem: *Piedra di Cobra de Capellos*, quem poſſideo, ponderis Scr. j. figuræ ovalis, longitudinis $\frac{1}{10}$ latitudinis $\frac{1}{24}$ pedis Pariſini inſtar fructus dimidiati Phaſeoli, in una parte convexus admodum, in averſa vero parum concavus, coloris cinerei cum maculis obſcurioribus, nigricantibus, ſubſtantiæ rarioris, inſtar oſſis aridi, & poroſi, qualem etiam ſiſtit Redi l. c. fig. 5. Duplicis eſſe originis, alium *artefactum* ex mixtura quadam bezoardico-terrea, ali-

um

um *naturalem* magis, artifici tamen manu in hanc formam redactum ex oſſe cranii *ſerpentis Cobra de Capelas* dicta, meumque ultimi generis eſſe, ſancte aſſeruit amicus iſte, hoc etiam affirmans, viribus artificialem, & naturalem non differre; reperiri nempe in inſula Zeylon plures *terras*, quæ ea vi polleant, ut vulneribus ſerpentum morſu inflictis appoſitæ adhæreſcant firmiter, donec omne venenum extraxerint, ut adeo incolæ, ob remedium veneno opponendum paſſim obvium, vix timeant ictus ſerpentum, alias lethales futuros. Cæterum de virtutibus hujus lapidis plura commemorant *Kircherus*, *Bayle*, *Redi*, *Charleton* in Exercit. de animal. *Lemery* in Dict. des Drogues ſimples. Mihi vero nulla adhuc ſe obtulit occaſio experimenti faciendi, alias non prætermittenda.


Omni feſtinatione ad finem epiſtolæ properantes, notas bonitatis lapidis genuini characteriſticas addimus, quæ ab autoribus obſervatæ annotantur, ſecundum quas veros a falſis diſtinguere volunt calculos. Prius tentamentum eſt: recipiunt lapidem in os, qui, ſi verus, nec adulteratus, ſtatim palato tenaciter adhæreat.

Poſterius examen fit, quando lapis in vitrum aqua pura repletum ponatur, verus, nec malitioſe fictus, nec artefactus, aqua ſtatim quaſi incipiat efferveſcere & bullulas aëreas minores de fundo vitri, ex lapide, in altum mittere. Bina dicta experimenta cum noſtro inſtituimus lapide, ſed palato non tenaciter adhæſit, ſed potius ſtatim cadivus, dubio procul ob polituram, factus; in aquam poſitus, bullulas aëreas, ſpatio quadrantis horæ, infrequentes vel plane nullas emiſit, interim tamen pro vero, non pro factitio, noſtrum reputamus lapidem. Plura de hoc concreto lapideo videnda in *Schweitzers* Journal und Tage-Buch p. 66. *Paulini* Philoſophiſchen Feyer-Abend p. 450. 454. *Saars* Oſt-Jndiſchen Krieges-Dienſten. p. 78.


De lectione hujus lapidis, *Fautor & Amice plurimum colende*, Te non diutius morabor, ignoſcas rogo ſaltim prolixitati epiſtolæ. Vale reliquum feliciter, de republica literaria, inprimis medica, bene mereri perge, & me ama. Scriptum Wolffenb. d. I. Oct. 1733.

-꧁ X (o) X ꧂-

25 349168



Tab. I
XXVII
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII



Tab II
Fig I
II
III
VII
V

